



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**In Hoc Libello Continentvr.|| Divo Maximiliano Avgvsto  
Chvnradi Cel||tis rapsōdia Lavdes Et Victoria De  
Boe-||mannis Per Septem Electores Et || Regem**

**Celtis, Konrad**

**Auguste: Vinde:, 1505**

**VD16 C 1897**

Adam Seragus Necaranus. Tertia Classis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14416**

Sic Rex prisco ū sequeris qui facta uirorum:  
Vatibus et doctis semper amicus ades.

CLEMENS Bonicampus Carneolanus.

Cultor o uatum generose princeps:	Cum mihi dulcem tetricę sorores
Quiq; per totum domina's orbem.	Longius uitam tribuent: camena
Fronte iam læta docilis iuuentę	Nost'ra cantabit tua grandiori
Carmina uolue.	Carmine gesta.
Cęsaris magni celebremus omnes.	Cui dedit mundi regimę supremum
Candidi laudes: celebri camena	Tradidit gętes latias: et urbes:
Austrię terrę domini potentis	Tradidit læ'ri imperii coronam
Aemiliani.	Iupiter almus.
Qui sacras musas latias ab oris:	Quaq; iam lauri uiridis corona
Inuehis nostris generose terris:	Vertices: cinxit docilis iuuentę
Et domũ: sacras tribuēs et arces	Celtis: ut laudes recinant perennes.
Pallade dignas.	Maxmiliani.
Olim ut umbrosas heliconis oras.	Hinc chori sacri iuuenes diserti:
Phoebus: et pindũ coluit niuosum:	Qui domo in Regis colitis amenas
Sic colit doctas sibi nunc dicatas.	Regis æternas celebrate laudes
Principis aedes.	Carmine docto.

ADAM Seragus Nacaranus. Tertia Classis.

Cum iam Rhomulidę totum uirtutibus orbem  
Imperio regerent: non uitam ducere inertem  
Instituere patres: sed sanctas condere leges  
Incipiunt: cunctis cultosq; imponere mores  
Gentibus: ac iuuenes in equestri laude deco:  
Dicendi didicere modos: linguęq; nitorem:  
Ut par imperio sermo foret: inde per orbem  
Creuit utrũq; simul: maiestas cultaq; lingua.  
Quę quãuis multo iacuit iam temper: donec  
Iupiter a cęlso defigens lumina mundo:  
Teutonię regem Rhomano a sanguine nasci  
Dixerat: et priscũ iussit reparare nitorem  
Maxmiliane tuam referens ad sydera laurum:  
Quem manet imperium: qui solus numine diuum:  
Eur opam atq; Asiam: terras fortissime Cęsar:  
Et gentem phoebi quę nigra caloribus errat.

Te mea musa leuis cuperet laudare parentem.  
Qui das Germanis Romanis ludere uerbis:  
Inititutus nymphis: phoebos: dryadumq; puellis  
Tecta pius: largusq; tuis prouentibus ornans  
Cessit ut imperium. sic cedat gloria linguae  
Germanis docta dum cingunt tempa lauro.  
Quam Celtis dare iure potest. et ferre coronam.  
Quem patrem patriae: nutris largissime princeps:  
Certa salus nobis et spes fidissima musis.

IOANNES VOLSCVS de zuola Bemus.

Magnacothurnato deposcit carmina. cultu:  
Exigit heroes et sacra musa pedes.  
Maximiliane tuas Rex inuictissime laudes  
Ut referam: quis tu clarus in orbe micas.  
Sed neq; Pieridum mihi cognita turba sororum est:  
Proluit aonius nec mea labra liquor.  
Non igitur referam tua cuncta ab origine gesta:  
Gesta maroneo carmine digna cani.  
Inter multa tue Caesar pre conia laudis  
Dicere me cogit nostra thalia tamē  
Vnum quod doctis donas modo uatibus ædem  
Et sceptrum et laurum: signaq; sacra iouis.  
Quo tibi perpetuum dant sæcula postera nomē  
Illustrem et famam semper habebit opus.  
Vnde uiris doctis crescet Germania tota:  
Qui tua grandiloquo carmine gesta canent.  
Dum uirces rigidus quæ nunc habet oppida turcus  
Quæ uidet euxini mobilis unda maris.  
Bosphorus: et macedum campi: quaq; attica tellus  
Quaq; patet bifido grecia clara sinu.  
Omnia turcus habet: tñ hæc postq̄m in clyte Regū  
Viceris et uictor clara trophæa feres.  
Tunc tibi grandiloquo referemus carmine laudes:  
Et tua sub cælum nomina clara uolent.